



# Catalogi librorum reprobatorum, et paelegendorum ex judicio Academiae Lovaniensis

<https://hdl.handle.net/1874/8947>

# Catalogi libroru<sup>m</sup>

REPROBATORVM, ET PRAE-  
LEGENDORVM EX IVDICIO  
*Academie Louaniensis.*

*Cum edicto Cæsareæ Maiestatis euulgati.*



LOVANI<sup>I</sup>,

Ex officina Seruatij Saßeni, Anno  
Domini, M. D. L.

Iussu, Gratia, & Priuilegio, Cæsareæ Maiestatis,

RECTOR ET UNIVERSITAS

studij generalis Louaniensis ad prium lectorum.

CVM RELIGIO ac pietas sacro sanctae Cas. Ma. omnē  
hæresum materiā ac formetum summo desiderio ac studio ha-  
etenus semper excidere conata fuerit, ac animaduertes maximā  
earū occasionem ex reprobatorū librorum lectione nasci ac foue-  
ri, diuersis publicis edictis prohibuerit, ne quisq; eius generis libros  
imprimeret, aut venderet, aut retineret. & ne quis fortè rerum  
nouarum studiosus per errorem, vel simplicitatem libros noxios  
pro salutaribus, impios pro p̄ys, hæreticos pro catholicis amplecti  
posset, partim in suis edictis, partim in catalogo per sacre theolo-  
gie professores Louanienses, suo iussu, anno nostræ salutis 1546.  
cofecto & publicato, hæretorum huius infelicitis seculi nomina  
& libros, vna cū nonnullis alijs de hæresi vehementer suspectis,  
cum maturo examine notari, & diserte suis nominib; exprimi  
iussit. Sed quia interim sua maiestas intellexit, quotidie nouos hu-  
ius farinae scriptores suboriri, ac libros nouos æquè atq; priores im-  
pios, & sacrilegos clanculū diuulgari, cū grauißima iniuria reliqui  
onis Christianæ, ac periculo suoru in hac inferiori Germania sub-  
ditorum, binis literis ad nos missis, mandauit, ut quorquot huius  
note authores & libri hætenus prodyssent, omnes in unum ordi-  
nem atq; elenchum aptè colligeremus ac digereremus, quò tanto  
facilius simpliciores sibi ab huiusmodi veneno cauere, pœnamque  
contra talium librorum lectores seu possessores edictis publicis co-  
stitutam, euitare queant. Præterea quia non parui refert, quibus  
præceptionibus & doctrinis pueri & adolescentes in ea etate in  
scholis instituantur ac fermentur, iussit quoq; in ordinem digeri,  
& speciatim exprimi designariq; eos authores & libros, quos ar-  
bitraremur ad institutionē iuuentutis esse maxime aptos & ido-  
neos.

P R A E F. A C A D E M IÆ L O V A N.

neos : ita tamen ne nimium coarctaretur iuuentutis studia , in his  
 præsentim libris , in quibus nullum est religionis & morum peri-  
 culum . Quibus literis cum ea qua decuit reverentia acceptis &  
 perfectis , Nos Volentes in hac re tam pio & sancto desiderio ,  
 ac mandato religiosissimi principis nostri (prout tenebamur) pa-  
 rere , ac pro nostra virili satisfacere , utrumque catalogum ma-  
 tura ac diligent discussione habita ad eam formulam que nobis  
 præscripta erat collegimus & absoluimus . In quorum collectione  
 in primis obseruatum est (quò plenius simplicium & rudium lap-  
 sus ac periculum evitaretur ) Ut non solum libri illi è manibus  
 eorum eriperentur , qui manifestas hereses , aut vehementer de  
 heresi suspectas traditiones & dogmata continerent : sed eti-  
 am illi , qui sub specie pietatis , ac purioris ac facilioris reli-  
 gionis prætextu , imperitum vulgus ( quod etiam suo vitio à ve-  
 teris religionis severitate , ad laxam istam hereticorum viuen-  
 di licentiam satis propensum est ) miris technis & fraudibus alli-  
 ciunt , quò tandem ita exceptos in barathrum suæ impietatis de-  
 mergant : dum interim illi docent , hi insinuant , primatum Roma-  
 næ ecclesiæ nullū esse : summorum pontificum & conciliarum genera-  
 lium constitutiones & decreta vilipendenda esse : ceremonias ec-  
 clesiæ catholicæ ex temporibus apostol. hactenus pie obseruatas , nu-  
 gas esse : confessionē auricularē , satisfactionē pro peccatis , preces  
 pro defunctis , missarū sacrificia , & suffragia sanctorū , vana es-  
 se , & ad sacerdotū questum inuenta & instituta : operū merita ,  
 ieunia ab ecclesia indicta , vota monastica , & alia huiusmodi pe-  
 nè infinita pietatis exercitia , temeraria esse , & à sinceritate fi-  
 dei ac veræ religionis Christianæ prorsus aliena : soli q; fidē suffi-  
 cere ad salutē . Porro in tanta authorū & librorum multitudine ,  
 que penè infinita est , illud quoq; prouisum est , ne quid contra ali-  
 quem authorem aut eius libros durius & odiosius statueretur , q; in

## P R E F A T I O

stitie ratio aut conservatio religionis postulabat. Hinc est, quod  
 quorundam opera vniuersa videbatur esse reprobanda, nepe eorum,  
 qui suapte malitia capita & principes sectarum & impietatum (qui  
 bus miserè nunc laborat totus Christianus orbis) reprehenduntur ex  
 titiisse: quia tam cononica, q; ciuilia iura cauerit, heresiarchas cum  
 omnibus libris suis esse danandos, ne ullam tam nefarij criminis  
 monumentum supersit. Quorundam vero opera non videbatur in  
 vniuersum damnanda, sed potius bona è malis scilicet, & tantum  
 ea quæ heresim continerent aut saperent, prohibenda, ob id quod  
 isti non inueniantur ex professo heretici, sed potius ab alijs sedu-  
 citi, qui que non principali intentione, heretica adstruxerunt, sed  
 solum in quibusdam libris, ijsq; plerunque alterius artis & pro-  
 fessionis, obiter quedam reprobatae doctrinae interseruerunt. Nec  
 aliquibus mirum videri debet, quod tot biblia, tot noua testamenta  
 inueniantur in catalogo subiecto reprobata, quia circa ea omnia  
 exactissima inuestigatio & censura debuit adhiberi, ob id potis-  
 simum, quod principalis causa errorum nascitur ex literis sacris aut  
 male intellectis, aut depravatis. Nam si quando hresiarcha do-  
 gma aliquod apud imperitos apertis verbis sacrae scripturæ, licet  
 sensus scripture aliorum tedit, adstruxerit, veluti cum conatur  
 delectum ciborum ab ecclesia tempore ieuniorum indictum disuadere  
 per illud salvatoris, Omne quod iterat per os, non coinquiat homi-  
 ne, periculum est, ne vel huiusmodi vnico arguento præceptum ec-  
 clesie apud imprudentes reddatur illusorium. Rursus cum hresiarcha  
 animaduerterit, quosdam locos sacrae scripture aperte dogmata sua  
 refellere, tunc nequitiam suam convertit ad hoc, ut per nouas versio-  
 nes in aliam linguam, aut iteratas impressiones, locos illos verbo-  
 rum immutatione, additione, subtractione, vel interpretatione  
 corrumpat, prout eleganter demonstrat epistola præliminaris ad  
 prædictum catalogum librorum anno domini, 1544. editum. Quare  
 si illud

## ACADEMIE LOVAN.

si illud vulgare, ubi maius est periculum, ibi cautius est agendum,  
 usq; locum habeat, haud dubie in hac discussione sacrorum librorum  
 erat in primis obseruandum. Similis quoque diligentia adhibita est  
 in designandis libris iuuentuti in gymnasij prelegendis, propter  
 similem hereticorum vafriciem ac fraudem, qui in hoc obtrudunt  
 incaute iuuentuti a se fabricatas nouas grammaticae, dialecticae,  
 rhetoricae, aut aliarum disciplinarum institutiones, vel commen-  
 tarios, ut per exempla artis ex hereticorum dogmatibus desum-  
 pta, iuuentus heresum & sectarum dogmata simul cum artibus  
 imbibat: quasdam quoque familiarium colloquiorum formulas, pu-  
 ritatem linguae Latinae pollicentes, & alia quædam his similia o-  
 puscula iisdem proponunt, satagentes, ut ex illis ceremoniarum  
 ecclesiasticarum contemptum, monastici instituti odium, & ali-  
 as his similes prauitates non cum linguarum peritia a pueris hau-  
 riant, & in virilem etatem transmittant. Hos itaque pernicio-  
 sos libros è manibus hominum extorquendos esse, non nostri tan-  
 tum temporis, sed ferè omnium seculorum exemplis probari po-  
 test: quum sapientissimi Romanorum, codices in sepulchro Numæ  
 inuentos, (cum alioqui thesaurus esse videri possent) quia contra  
 religionem facere videretur, statim incendio abolendos dederint:  
 & Augustus cæsar volumina titulo quidem Sibyllina, sed indi-  
 gna tanto nomine, ad incendium conquerierit, non ferens falsis va-  
 ricinijs inaniisque euentuum expectatione mundum turbari: & ad  
 imperium Apostolorum magici libri innumerabiles cōbusti sint:  
 neque Christus dæmonem, quamquam vera de se prædicantem, pas-  
 sus sit loqui, ne falsitas veris intermixta, auditorem ad omnia cre-  
 dum haberet. Non igitur mirum, si benè dicta, ob asperiones ma-  
 larum sententiarum, libros alioqui non malos in damnatione per-  
 traxerint. Verum si forte aliquibus durum videatur, quod studio-  
 si priuantur lectura & fructu diuersarum disciplinarum, quem ex

a iq

quibusdam

P R A E F A T I O.

quibusdam libris ob errores aliquot incidenter cōmissos damnatis,  
sed tā repurgatis aut facile repurgandis, capere possent: vel etiam  
ex alijs libris alioqui bonis & utilibus, sed ob id solum damnatis,  
quod vel ab hæresiarchis conscripti sunt, vel ab his ex lingua Hæ-  
braica, Græca, vel Chaldaica in Latinā versi, aut in originali lin-  
gua editi, horum p̄fationibus, annotationibus, scholijs illustra-  
ti, vel verius confurcati sunt: hi sciant, Ces. Maiest. (prout ac-  
cepimus) non inuidere studiosis talium librorum lectionem, sed  
velle suis edictis stari, donec commissarij à sua Maiest. rei libra-  
riae p̄ficiendi ad instantiā fortè supplicantū hos vel illos libros  
ex p̄dictis studiosis cōcedi, causa cognita, suæ maiestati signis  
cauerint, illos sine periculo admitti posse, ac super ea re gratia &  
priuilegiū fuerit ipetratū. Nulli priuatorū permīsa licetia, ut pri-  
uata autoritate deletis à se nominibus authorū reprobatorum, aut  
decretis p̄fationibus, annotationibus, aut scholijs prohibitis,  
vel passib[us] erroneis repurgatis, ipsos libros retinere possint,

Ne sub hoc pretextu & suco edictis suæ maiesta-  
tis illudatur, ea potestate sibi aut suis  
commissarijs referuata.

# Catalogus librorum

REPROBATORVM.

## A

Andreas Carolostadii omnia opera.

Antonii Coruini expositio decalogi, symboli apostolici, sacramen  
torum, & dominicæ passionis per dialogos.

Eiusdem colloquia theologica.

Eiusdem theologia ex libris Augustini & Chrysostomi de prompta.

Eiusdem postillæ in Euangelia dominicalia.

Eiusdem in Euangelia & epistolas loci.

Idem contra libellum Erasmi de sarcinda concordia, & cætera.

Et generaliter vniuersa opera eius.

Anatomia excusa Marpurgi per Eucharium Ceruicornum.

Andreas Osiandri annotationes in Harmoniam euangelicam.

Andreas Knopken commentarius in epistolam ad Romanos.

Andreas Althameri Brentii annotationes in epistolam Iacobi.

Eiusdem annotationes in duas posteriores epistolas Ioannis.

Eiusdem conciliatio locorum scripturæ quæ pugnare videntur.

Sententiae ex doctoribus collectæ per Antonium Anglum.

Arsatii Schoffer Euangeliorum dominicalium enarrationes.

Achillis Gassari epitome Chronicorum.

## B

Bartholomei Vuesthemeri Phrasæ diuinæ scripturæ.

Eiusdem conciliatio scripturæ diuinæ & patrum orthodoxorum.

Eiusdem Farrago concordantium insignium totius sacræ bibliæ  
locorum.

Eiusdem tropi insigniores veteris & noui testamenti.

Eiusdem collectanea communium troporum sacræ scripturæ.

Bernardini Ochinii Senensis sermo de iustificatione.

## C

Cæli secundi Curionis araneus, seu de prouidentia dei.

Idem de immortalitate animæ.

Idem

C A T A L O G V S

Idem de liberis educandis.

Idem de Paradoxis.

Christophori Hegendorphini Parenesis de vita instituenda, & moribus corrigendis iuuentutis.

Eiusdem Christiana institutio studiosæ iuuentutis, cum expositio ne orationis dominicæ Philippi Melanchtonis.

Idem de Rethorica legali.

Eiusdem Methodus conscribendi epistolas cum locis dialecticis.

Eiusdem Helleborum adiunctum Querelæ eloquentiae.

Idem in Marcum, in epistolam ad Hebreos, & in acta Apostolorū.

Christophorus Hofman in epistolas Pauli ad Philippenses &

Titum.

Eiusdem de Pœnitentia libri tres.

Christophori Corneri ex fagis ratio inueniendi terminum medium in syllogismo cathegorico.

Charlei Cogelii religionis antiquæ & veræ Christianæ potissima ca-

Conrardi Gelneri Tigurini bibliotheca vniuersalis. (pita.

Conrardi Lagi iuris vtriuscè methodica traditio.

Conrardi Pellicani commentarii in vetus & nouum testamentum.

E

Erasmi Sarcerii postillæ in Euangelia dominicalia.

Eiusdem expositiones in Euangelia festivalia.

Idem in epistolas dominicales & festivales.

Eiusdem tres tomî annuarum concionum.

Eiusdem expositiones in euangelium Matthæi.

Idem in euangelium secundum Marcum.

Idem in euangelium secundum Lucam.

Idem in euangelium secundum Iohannem.

Idem in epistolam ad Romanos.

Cathecismus eiusdem.

Idem de arte concionandi.

Idem de ratione discendæ Theologiae.

Eiusdem methodus in præcipuos diuinæ scripturæ locos.

Primus tomus methodi correctæ in præcipuos diuinæ scripturæ locos, per eundem.

Secundus tomus methodi correctæ in eosdem locos, per eundem.

Præcipui

R E P R O B A T O R V M L I B.

Præcipui sacre scripturæ communes loci, à D. Augustino tractati,  
ab eodem in methodum tracti.

Idem de vanitate scholasticæ theologie.

Rhetorica plena exemplis per eundem. Eiusdem dialectica.

Idem de consensu veræ ecclesiæ & S. patrum.

In Iesum Syrach integra scholia, in duobus tomis digesta ab eod.

Eiusdem locorum communium ex diuinæ scripturæ consensu, & san-  
ctorum patrum, copiosissima confirmatio. Et generali  
ter omnia eius opera.

Eobani Hessi operum farragines duæ.

Eiusdem carmen additum Antonio Flamineo in psalmos aliquot,  
**F**

Francisci Lamberti libri omnes.

Firmiani Chlori prefatio, & annotationes in D. Chrysostomum de  
dignitate sacerdotali.

**G**

Gasparis Hedionis epitome in euangelia & epistolas quæ leguntur  
per totum annum.

Gasparis Megandri commentarii in epistolam ad Ephesios.

Eiusdem in epistolam priorem ad Timotheum.

Eiusdem in epistolam ad Galatas.

Geographia vniuersalis per Henricum Perri Basileę.

Gerardi Lorichii institutio catholica fidei orthodoxæ.

Gerardus Neomagus de non comburendis hereticis.

Eiusdem prefatio in librum Ioannis Cathacuseni contra fidem  
Mahometicam.

Gryphii precatio[n]es dominice

**H**

Henrici Bullingeri in omnes epistolulas apostolicas, D. Pauli quatuordecim, & septem canonicas commentarii.

Idem de scripturæ sanctæ authoritate, & absoluta perfectione.

Eiusdem responsio ad Iohannem Cochleum pro solida scripturæ  
autoritate, & absoluta eius perfectione.

Eiusdem responsio secunda ad replicam Ioannis Cochlej de scri-  
pturæ & ecclesiæ auctoritate.

Eiusdem commentarii in Matthæum, Iohannem, Marçum, & Lucā.

**b**

**Idem**

C A T A L O G V S

- Idem in acta apostolica. Idem de prophetæ officio.  
Eiusdem expositio de testamento seu foedere dei vnico & æterno.  
Idem de origine erroris in negocio Eucharistiae.  
Idem de origine errorum in diuorum & simulachrorum cultu.  
Et generaliter omnia eius opera.  
Henricus Cornelius Agrippa de vanitate scientiarum,  
Eiusdem apologia pro eodem libro.  
Idem de occulta philosophia.  
Hermannii Bonni Chronica Lubeci.  
Eiusdem farrago præcipuorum exemplorum de apostolis & mar-  
Vnio dissidentium dogmatum Hermanni Bodii. [tyribus.  
Hermannii Buschii carmen additum nouo testamento, per varios  
autores carmine reddito.  
Hermannus Hessus, qui adiunctus est Sebaldo Heyde non reprobato.

I

- Ioannis wiclef libri omnes.  
Ioannis Hus libri omnes.  
Ioannis Occolampadii libri omnes;  
Ioannis Pomerani libri omnes.  
Iohannis Pupperi Gochiani libri omnes.  
Iusti Ionæ libri omnes.  
Iani Cornarii epistola præfixa Epiphanio recens verso.  
Ioachimi Vadiani epitome Topographica.  
Eiusdem aphorismorum libri sex de consideratione eucharistiae.  
Eiusdem epistola ad Ioannem Zuicciū Constatiniensem, quod Ie-  
sus Christus etiam in gloria est vera creatura.  
Eiusdem pro veritate carnis triumphantis Christi recapitulatio.  
Ioachimi Camerarii in Tusculanas questiones Ciceronis commē.  
Ioannis Caluini Cathecismus.  
Eiusdem institutio Christianæ religionis.  
Eiusdem responsio de libero arbitrio ad Pighium.  
Idem in epistolam ad Romanos.  
Eiusdem commentarii in quatuor epistolas Pauli, ad Galatas, Ephe-  
sios, Philippenses, & Collosenses.  
Viuere apud Christum sanctos mortuos in fide, per eundem.  
Et generaliter vniuersa eius opera.

Ioannis

R E P R O B A T O R V M L I B.

Ioannis Brentii commentarii in euangelia secundum Lucam & Ioannem, & in acta apostolica.

Eiusdem commentaria in Iob, Exodū, Leuiticum, Iudicū, & Ruth.

Eiusdem expeditio in Amos. Eiusdem annotationes in Amos.

Ecclesiastes Salomonis cum commentariis eiusdem.

Idem in epistolam Pauli ad Philemonem.

Idem in librum Esther.

Eiusdem tractatus casuum quorundam matrimonialium.

Eiusdem libellus de administranda republica,

Eiusdem homiliae sub incursione Turcarum.

Et generaliter vniuersa opera eius.

Ioannes Gastius de exordio Anabaptismi,

Ioannis Spanghebergii Hereditariani Margarita theologia.

Eiusdem postilla Latina pro Christiana iuuentute.

Ioannis Loniceri compendium in quosdam libros Aristotelis.

Ioannis Oldendorpii progymnasmata forensia.

Ioannes Riuinus de admirabili consilio in celando mysterio redemptionis humanæ.

Ioannis Herolt præfatio in Hugoneum Eterianum de spiritu sancto,

Ioannis Sturmii de demonstratione liber.

Idem de omniâ ratione dicendi, & de litterarum ludis.

Ioannis Sartorii exercitus selectissimarum orationum.

Ioannis Sleydani orationes duæ, altera ad Carolum V. altera ad principes Germaniae.

Ioannis Rhellicani Tigurini annotationes in C. Iulii Cæsaris & Auli Hirtii commentaria de bello Gallico.

Ioannis Draconitis commentariorum euangelicorum de Iesu Christo filio dei libri duo.

Ioannes Aepinus de sacris concionibus formandis.

Eiusdem commentarius in psalmu. n decimumquintum.

Eiusdem in psalmum decimumseximum commentarius.

Ioannis Agricolæ annotationes in euangelium Lucæ.

Eiusdem annotationes in epistolam ad Titum.

Iudocus Vilichius de pronunciatione rethorica.

Idem in eretematibus dialecticis.

Eiusdem dispositio in euangelia dominicalia.

C A T A L O G U S

Iustus Menius in Samuelem.

L

Leopoldi Dickii paraphrastica meditatione in sacro sanctam  
precationem dominicam.

M

Martini Lutheri libri omnes. Marsili de Padua libri omnes.

Martini Buceri enarrationes in quatuor euangelia.

Eiusdem enarrationes in epistolas Pauli.

Eiusdem responsio ad Latomum.

Eiusdem de vera in doctrinis, ceremoniis, & disciplina ecclesiarum reconciliatione.

Eiusdem defensio contra Episcopum Abrincensem.

Eiusdem de concilio & legittimè iudicādis controuerbiis religionis.

Et generaliter omnia opera eius.

Martinus Borrhaus Cellarius in Ecclesiasten.

Idem de operibus dei.

Melchior Clinck super quatuor libros Institutionum.

N

Nicolai Borbonii nugae.

O

Ottonis Brunsselsii cathecismus pueroru*m* in fide, literis, & moribus,  
Eiusdem libri omnes.

Osualdus Myconus in euangelium Marci.

Otto werdmullerus de dignitate, yslu, & methodo philosophiae  
moralis.

P

Philippi Melanchtonis libri omnes.

Petri Martyris Vermilii Florentini de sacramento Eucharistiae.

Disputatio de eodem Eucharistie sacramento per eundem Petrum  
Martyrem. Et eiusdem libri omnes.

Pauli Constantini Phrygionis chronicon regum & regnorum.

Eiusdem explanatio in Leuiticum.

Paulus Fagius in quatuor capita Geneseos.

Petri Artopaei Euangelicæ conciones dominicarum anni.

Petri Mosellani paedologia.

Philotheus Ireneus in Apophorismis.

R

Rodolphi Gualteri Tigurini carmina pro argumētis in capita oīa  
bibliorum

R E P R O B A T O R V M L I B .

bibliorum.

S

Sebastianus Meyer in Apocalypsim Ioannis.

Sebastiani Munsteri annotationes in euangelium Matthæi.

Stephani Doleti carminum liber.

T

Theobaldus Billicanus de libero arbitrio.

Eiusdem scholia in Michæam.

Theodori Bibliandri in Naum prophetam exegesis, & Naum iuxta veritatem Hebraicam redditus Latinè.

Thomas Nargeorgus in primam D. Ioannis epistolam.

Thomas Venatorius in priorem epistolam ad Timotheum.

Eiusdem aximota quædam rerum Christianarum.

Idem de virtute Christiana.

Idem contra Anabaptistas pro baptismo parvulorum.

Idem de sola fide iustificante.

V

+ Viderici Zwinglii libri omnes.

Vincentii Oblopaei in Sanctum Marcum de lege spirituali.

Eiusdem in Græcorum epigrammata annotationes.

Viti Amorbachii cōmentaria in Pythagorë & Phocilidis poemata.

Urbanus Regius in psalmum quadragesimum septimum de regno

Iesu Christi Eiusdem cathecesis.

Eiusdem in psalmum 87. de gloriofa Christi ecclesia cōmentarius.

Eiusdem collatio nouæ doctrinæ & veteris.

Eiusdem libellus consolatorius ad eos qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.

Eiusdem homiliae de angelis.

Eiusdem respōsio ad libros primum, ii. & iii. Ioānis Eckii de missa.

Eiusdem materia cogitandi de toto missæ negotio.

Eiusdem symbolum Christianæ fidei.

Eiusdem prophetiæ veteris testamenti de Christo.

Et generaliter omnia eius opera.

Vvolfangi Capitonis respōsio de missa, matrimonio, & iure magistratus in religionem.

Idem in Abacuch & Oseam.

Velcurionis commentaria in physicam Aristotelis.

b iii

Vvolfangi

## C A T A L O G V S

Vvolfangi Musculi Dusani commentarii in Matthæum. Et omnia eius opera.

### *Libri sine nominibus authorum.*

- Annotationes in Guilelmum Postellum de orbis terræ concordia. Cathecismus parvus pro pueris in scholis, nuper auctus.
- Annotationes pizæ & lectu dignissimæ in acta concilii Tridentini.
- Articuli à facultate theologie Parisien. determinati cum antidoto. Christianæ scholæ epigrammatum libri duo, ex variis Christianis poetis decerpiti.
- Dilectio inter clericum & militem super potestate prælatis ecclesiæ atque principibus terrarum commissa.
- Index vtriusque testamenti penè similis Indici bibliorum Roberti Stephani.
- + Loci omnium ferè capitum Euangeliorum.
- Onus ecclesiæ.
- Precationes biblicæ Antuerpiæ per Ioannem Crinitum & Martinum Cæfarem.
- Precationes Christianæ ad imitationem psalmorum compositæ.
- Summa totius scripturæ.
- Summaria incerti autoris in Smaragdū super Euangelia & epistolas totius anni, tam separatim, quam cū dicto authore impressa.
- Sententiae pueriles additæ Leonardo Culman de vera religione.
- Virg patrum cum prefatione Lutheri.
- Annotationes & scholia incerti authoris in abbate Vrspergensem.
- Paralipomena rerum memorabilium à Frederico secundo usque ad Carolum V. historiæ abbatis Vrspergensis per quendam studiolum annexa.

### *Biblia latina.*

- Impressa Parisiis per Robertum Stephanum. Annis 32. & 40. cum ipsorum indicibus.
- Impressa ab eodem anno 45. cum duplice translatione & annotationibus.
- Parilius per Petrum Regnault sub scuto Coloniensi. Anno 40.
- Parilius per Franciscum Gryphium. Annis 41. & 42.
- Lugduni per Henricum Sauore. Anno 36. cum ipsius indice.

Lugdu

## REPROBATORVM LIB.

- Lugduni per Guilielmum Boule. Anno 37. cum ipsius indice.  
Lugduni per Scipionem de Gabiano. Anno 36. cum ipsius indice.  
Lugduni anno 41. iuxta veterem translationē, qua haec tenus vtitur  
ecclesia Latīna, absq; nomine impressoris, cum ipsius indice.  
Lugduni apud Iacobum & Egidium Huguetan. Anno 40. cum  
ipsius indice.  
Lugduni per Sebastianum Gryphium. Anno 42.  
Lugduni per Theobaldum Paganum. Anno 42.  
Lugduni apud Hugonem à porta. Anno 42.  
Biblia eiusdem de anno 44. cum ipsius indice.  
Index bibliorum impressus Colonię in ædibus Quentellianis.  
Antuerpiæ per Antonium Goinum. Anno 40. cum ipsius indice.  
Antuerpiæ per Martinum Cesarem. Anno 34. cum ipsius indice.  
Antuerpiæ per Iohannem Stelsium. Annis 38. 41. & 42. cum ipso  
rum indicibus.  
Basileæ per Frobenium. Anno 30. & 38. cum ipsorum indicibus.  
Basileæ apud Nicolaum Brylingerum. Anno 44. cum ipsius in  
dice.  
Basileæ cum annotationibus Sebastiani Munsteri. Anno 35.  
Biblia eiusdem Sebastiani impressa Tiguri apud Christophorum  
Froschouerum cum inscriptionibus libris bibliorum præfixis, &  
præfatione Henrici Bullingeri.

### *Græca biblia.*

- Biblia græca Argentorati apud Volfium Cephaleum. Anno 26.  
cū præfationibus Iohannis Lonicerii, & inscriptionibus ac par  
titionibus libris bibliorum præfixis.

### *Biblia Teutonica.*

- Antuerpiæ per Iacobum Liefuelt. Anno 42.  
Antuerpiæ per Guilielmum Vorsterman. Annis 28. 34. 44. & 45. cū  
ipsorum indicibus.  
Antuerpiæ per Henricum Peetersi. Anno 41.

### *Biblia Gallica.*

- Antuerpiæ per Martinum Cesarem. Anno 34.  
Antuerpiæ per Antonium de la Haye. Anno 41.

Noua

## C A T A L O G V S

### *Noua testamenta latina.*

Parisiis per Robertum Stephanum. Anno 43.

Antuerpiæ typis Martini Merani. Anno 41.

Antuerpiæ per Iohannem Batman. Anno 41. cum cuiusdam do-  
ctissimi declaratione breui de Euangelio & legis differentia, Epi-  
stolis Pauli præposita.

### *Noua testamenta teutonica.*

Nouum testamentum impressum Coloniæ per Iohannem Gym-  
nicum. Anno 31.

Antuerpiæ per Iohannem Cornelii alias Heymerius. Anno 28.

Antuerpiæ per Iacobum Liesuelt. Annis 42. 43. 44.

Antuerpiæ per Godefridum vander Haghen, absque anno im-  
pressionis.

Antuerpiæ per Martinum Cæsarem. Annis 31. & 35.

Antuerpiæ per Iohannem Batman. Anno 42.

Antuerpiæ per Iohannem van Loo. Anno 45.

Antuerpiæ in talpa per Henricum Petersf.

Antuerpiæ per Mattheum Crom. Annis 38. & 41.

Antuerpiæ per Simonem Cock. Anno 42.

Antuerpiæ per Antonium vander Haghen. Anno 41.

Leydis per Petrum Iansf. Anno 36.

Leydis per Petrum Claesf. Anno 34.

Antuerpiæ per Stephanum Mirdmans. Anno 45.

Nouum testamentum absq; nomine loci & impressoris. Anno 41.

Nouum testamentum cuius titulus sic habet. Dat nieuwe testamen-  
tum Heeren Iesu Christi, met alder nernsticheyt ouersien ende  
verduyst met een vermaninghe om allen Christen menschen  
met grooter nernsticheyt dat Euangeliū te lesen. Absq; an-  
no & loco impressionis, & nomine impressoris.

### *Gallica testamenta noua.*

Antuerpiæ per Guilielnum de monte. Annis 40. & 43.

Antuerpiæ per Henricum Petri in talpa. Anno 43.

Antuerpiæ per Iohannem Richart. Anno 43.

Der Ioden bichtē.

Het paradijs van Venus.

Een suuer tractaetken genaempt Tijt cortinghe der pelgrī  
magien des menschen leuens, datmen broeder Ian Glas  
pion toe scrijft.

Een seer profitelijck ende troostelijck boucxken vande ghes  
looue,ende hope,ende wat dat vprecht ghelooue es,ende  
Welcke ghenade die mēsche door dat ghelooue verryghē  
mach, daer bijstaende een boucxken vander liefden.

Den rechten Wech tot den ewyghen leue, wyt die iij Euan  
gelisten ende epistelen van sinte Pauwels ghetoghen.

Dit es een boucxken van verduldich Ijdē, Welck sinte Ber  
nardt bescrijft.

Een schoon onderwys van gheestelijcken huyshoudinghe  
Iusti Menij.

Eenen cleinen Cathecismus oft onderwijs ende fundament  
des Christenlijcken gheloofs, den cleynen kinderen, ende  
allen simpelen menschen bouen maten nut.

Salus populi met des cropelen calengier.

Den kersten reghel, inhoudende een schoon testament der  
liefden.

Dat Pater noster Wytgeleit doer Mathiam bij want.

Den Wech der behoudenissen.

Dat begrijp der geheelder bibelen,

Den geestelijcken a.b.c.

Een schoon liedekens bouck, in Welcken ghij vinden salt  
veelderhande liedekens oude ende nieuwē.

Dit es een suuerlijck boucxkē, int Welcke staē veel schoon  
der leyseñē in latijn ende duytsche, ende veel schoonder  
geestelijcke liedekens.

Refereynen int sot, amoreux, wijs.

c Dat

C A T A L O G V S

Dat gulden ghebede boucxken.

Een deuoet boucxken ghenomē Wyt die heylighē script, int  
Welck begrepen sijn die principael hofstucken der x.  
gheboden.

Een seer schoon boucxken, inden Welcken beghrepen es een  
schoon verclaringhe vanden x. gheboden, op dat Credo  
in deum, ende Pater noster.

Een troostelycke leeringhe, hoe een yghelyck ghewillich dat  
cruys Christi sal draghen.

Summa der godlijcker schriftturen, oft een duytsche theo-  
logie.

Kinder leere ende kinder ghebet, a.b.

Een batement van iij. personagien, den pastoor, den mede-  
cijn, den aduocaet, ende den sot ghenompt onnosel.

Troostinghe der godlijcker schrift aen die in lichamelijcke  
cranckheyt gheuallen sijn, ende hoemen voer die cranckē  
bidden sal.

Expositie op die tweetste epistel van sinte Peeter, ende op  
der epistelen Iude, sine nomine authoris.

Christelijcke onderwysinghe tot den rijcke gods.

Hier beghint een nieuwe deuoet boucxken van myrrhe, hoe  
een mensche hem sal reguleren te leuen ende te steruen.

Den spieghel der tonghers.

Vanden xij. articulen des Christen gheloofs, wytgheleit  
van sinte Augustijn, ende bij broeder Bouwen de sime  
Augustijn van Ypere Wyt den Latijn in duytsche ouer-  
gheledt.

Een Warachtighe pronosticatie ende almanack Wyt die alder  
outste ende Warachtighe boucken der Astronomijen, tot  
dat eynde der Werelt toe duerēde, ghepractizeert door Ste-  
uen Wacker.

Der ziecken troost, onderwysinghe om gherne te steruen,  
troostins

REPROBATORVM LIB.

troostinghe om den ziecken totte rechten ghelooue ende  
betrouwien in Christo te onderwijsene.

Een Christen oft kersmis bancket.

Een medecijn der zielen voor den ghesonden, ende crancken  
in doots noot, ende allen menschen zeer profitelijck.

Den troost ende spiegel der ziecken ende den ghenē die in lij  
den sijn wt die heylighē schrift.

Een cort onderwys wt der heylighē schrift, om de mens  
schen te bringhen om gheerne te steruen.

Een boexken, hoemen die kinderen leeren sal inden rechten  
ghelooue, doer een maniere eender vraghe ende antwoor  
de onderwijsende.

De principael hooft articulen van alle dinghen die den men  
schen troostelijck sijn, ende van noode te weten, wt die  
heylighē schrift.

Een dialogus oft tsamen spreken, Polytes ende Anna van  
der Euangelie vanden twe discipulen gaende tot Emaus,  
Lucæ ultimo.

Corte instructie ende onderwijs, hoe een yghelijs mēnsche  
met God ende sijnē euē naestē schuldich is ende behoort  
te leuen, ghemaect bij meester Cornelis vander Heyden.

Van Christus vlees ende bloet te eten ende te drincken.

Dat recht fundament der Christenen menschen, ende  
principael stukken der ganser Godlijcker scripturen,  
duer Vrbanum Regium.

Eenen gestelijcken almanack oft laetbrief.

Een spel van sinnen op terde, tvierde, ende tvijfste capitelen  
van dwerck der Apostelen.

Den boom der scripturen van ses personagien, gespeelt tot  
Middelburgh in Zeeland.

Den schilt oft die wapene des gheloofs.

Der Waerheyt onderwijs.

C A T A L O G V S

Refutatie van Salue regina.

Een Wederroep van tvageuier. Sine nomine authoris.

Een rapsodie begrijpende int corde tfundament der mede-  
cijnen, met troostinghe der ziecken.

Een nieuwe suuerlijcke vigilie int duytsche, met den Pater  
noster.

Van dat geloooue in onsen salichmaker Iesum Christum. Si-  
ne nomine authoris.

Christelijcke sermonen op alle die Euangelien van alle die  
sondaghen ende die principael heylige daghen int Jaer.  
oock op alle die daghen vander vasten, gemaect bij eenen  
deuoten minder broeder Claes pieterissen.

Ludi teutonici rhythmicè conscripti, & Gandani exhibiti su-  
per hac quæstione. Quod sit homini morienti maximum  
solatium.

*Alemanici libri.*

Een boeck gheheeten, zeuen hondert ende vijftich duytsche  
spraeken Freydanck tot Vvorms.

Euangelien metten summarien ende epistelen van alle son-  
daghen. Sine nomine authoris.

Enchiridion gheestelijcke gesanghen . Sine nomine au-  
thoris.

Een spraecke van eender moeder met haer dochter, huer in  
een clooster te bringhen.

Een schoon ende Godlijcke tijt cortinghe eens Kerstelijcke  
Lotboecx,

*Gallici libri.*

Liure tresvtile de la vraye & parfaictë subiection des Christiens.  
Libellus de non timenda morte, sine nomine authoris, impressoris,  
loci, aut temporis.

Sermon tresutile & salutaire du bon pastuer & du mauuais prins, &  
extract

4

## REPROBATORVM LIB.

extraist du diexieme chapitre de sainte Iehan, compose & mis en  
rithme franchoise, par Clement Marot.

La louainge du mariage & recuel des histoires de bonnes vertus  
euses, & illustres femmes, copose par maistre Pierre de Lefuaderie.

Le manuel de Christiens contenant en soy les plus nobles & salu-  
taires lieux de la sainte escripture, touchant les commandemens  
& benefices du seigneur nostre dieu, avecq plusieurs psalmes &  
cantiques & oraifons.

Le liure de vraye & parfaicte oraifon, dung seul mediateur entre  
dieu & les hommes Iefu Christ.sans aucteur.

Petit liure de la loy de Leuangile.sans aucteur.

Instruction & confession de la foy, dont on vse en leglise de Ge-  
neue.

Les ieuz qui parcideuant ont este ieuz en la ville de Gand par les  
xix.chambrez, sur le refrain, Quest la plusgrande cōsolation de  
la personne mourante.

# Catalogus librorum

IVVENTVTI IN PARTICVL-  
ribus scholis prælegendorum.

**I**n primis prælegi poterunt omnes veteres authores, qui in hu-  
manioribus disciplinis vscq ad annum salutis Mil. Quingentelimum  
decimum scripsierunt, etiam si postea inueniantur translati, vt  
pote in quibus nullum timetur religionis periculum. Sed ex eo tem-  
pore solummodo hi qui infra subiectiuntur. Non quod omnes o-  
missi censeantur suspecti, sed potius vt infinita multitudo ac diuer-  
sitas ad paucos & certos redigatur.

### Grammatici Latini.

Figura declinationum & coniugationum,

Iohannes Despauterius Niniuta.

Iohannes Custos Brechtanus.

c iii

Iohannes

LIBRI SCHOLASTICI.

Iohannes Murrillius.  
Thomas Linacer.  
Christianus Massæus.  
Syntaxis Erasmi Roterodami.

Grammatici Greci.

Nicolaus Clenardus, Hadrianus Amerotius,  
Iohannes Varennius, Iacobus Ceporinus,

Grammatici Hebraici.

Ioannes Campensis.  
Nicolaus Clenardus.  
Helias Leuita.  
Xantes Pagninus.

Rhetores & Oratores.

Iohannes Cæfarius.  
Hadrianus Barlandus.  
Erasmi Roterodami Copia, & De conscribendis epistolis, De ciuitate morum. Apophthegmata, Similia.  
Epitomæ Laurentii Vallæ.  
Hadrianus Cardinalis de sermonis Latini puritate.  
Cornelii Croci Colloquia.

Poete.

Hieronymus Vida.  
Frater Liuinus Brechtanus.  
Cornelii Croci Iosephus.

Dialectici.

Frater Franciscus Titelmannus.  
Iohannes Cæfarius.  
Cornelius Valerius,

Verūm si quis se vel iam operibus editis prætermissum vel postea edendis exclusum conqueratur, poterit super ea re gratiā principis implorare.

Anno à nativitate Domini Millesimo quīngētesimo quinquagesimo mēsis  
Martij die vicesimasexta. In congregatiōne Vniuersitatis Louaniensis so-  
lenniter in ecclesia diui Petri ibidem super p̄m̄issis iudic̄ta, placuerunt  
catalogi librorum supra inferorum vna cum p̄fatione. Quodq; ad Cęf.  
Maiest. transmittenetur. Adhibito & p̄sente eisdem me Vvilelmo de  
Cauertson notario approbato, & dictæ Vniuersitatis scriba Iurato.

Ita est. Vvilelmo de Cauertson, Notarius & Scriba p̄fatus.